





eveniat, sed raro, neque ab agente intentus. Addit in his, quae secundum electionem, quia fortuna in hoc differt a casu, quod illa est in agentibus a proposito, iste vero in agentibus naturalibus, ut notavius cum Aristo. super text. citat. Tandem dicitur eorum, quae propter aliquid sunt, non quod effectus fortuitus sit ab agente intentus, sed quia semper est cum alio conjunctus per se intento ab agente.

Ex quibus colligitur 1. quod fortuna, si formaliter sumatur, dicit habitudinem causae ad effectus praeter necessitatem, & intentionem eventum, si fundamentaliter, non est aliqua causa per se distincta ab intellectu, & voluntate, sicut casus non est alia entitas distincta ab entitate agentis naturalis, quod enim dicimus de fortuna, intelligitur etiam dicimus de casu, quia in omnibus conveniunt praeter in hoc, quod fortuna est in agentibus a proposito, & per electionem, casus in agentibus naturalibus.

213 Colligitur 2. effectum fortuitum illum esse, qui per accidens, & praeter agentis intellectuales intentionem conjungitur effectui ejus per se intento, vel saltem illic eventus, ut si quis fodiens terram, & aequo inventionem intendens, cum aqua, vel loco illius invenit thesaurum dedit, & ad summum tria sunt de illius ratione, primum, ut raro eveniat, scilicet praeter semper, & frequenter, facta tamen suppositione causae, ut notat Doct. 1. d. 2. q. 7. s. ep. enim est raris effectus, quia raro ponitur causa, quamquam illa possit, semper, vel frequenter sequatur effectus, secundum, quod eveniat praeter agentis intentionem, Tertium, quod tale agens fit intellectuale; nam si esset irrationalis, diceretur effectus casualis: hinc si aliquis effectus non esset per se intentus ab agente, haberet tamen necessariam connexionem cum effectu per se intento, non diceretur fortuitus, ut cum quis extendit manum in aquam ad capiendum piscem, non intendens madafectionem, madafectionis non esset a fortuna, & si effectus intendatur, quamvis non haberet necessariam connexionem neque esset fortuitus, ut cum lutor ex ludo percipit lucrum, quem intendit, quamvis raro, & absque necessaria connexionem illi eveniat.

Colligitur 3. effectus ad utrumlibet, scilicet qui sunt ab aliqua potentia, quae est indeterminata ad operandum, & non operandum, vel ad oppositos actus efficiendos, ut sunt omnes actiones a nostra voluntate pendentes, non esse proprie fortuitos, contra Avic. 1. suffic. c. 13. & alios oppositum afferentes, ratio est, quia effectus fortuitus debet esse conjunctus per accidens cum aliquo effectu per se, hinc semper praeter intentionem agentis, quae effectui ad utrumlibet non conveniunt, ambulatio enim, quamvis possit non produci a potentia motiva imperata a voluntate, si non imperaretur, tamen & intenditur a voluntate, & nulli effectui per se conjungitur contingenter, & raro evenit, semper, & frequenter. Tunc quia vel ambulatio coartatur cum potentia motiva determinata a voluntate, & ut sic non erit fortuitus, quia proventi semper, vel frequenter, ut etiam fatetur Avic. vel cum potentia motiva, ut ab omni determinatione voluntatis praescindit, quomodo non est causa ambulationis proxima, & si hac ratione diceretur fortuita, tunc omnis effectus ad utrumlibet, & causae indeterminatae essent fortuiti, ut omnes generationes essent casuales, quia materia ex se indifferens est ad omnes formas, quod est falsum.

214 Colligitur 4. quod in quolibet effectu per accidens non solum datur causa per accidens, verum etiam causa per se, quia omnis effectus debet habere aliquam per se causam, a qua dependat; v. g. voluntas est per se causa sollicitudinis per accidens vero intentionis thesauri, & ideo ad inventionem non fati est solio, vel causa sollicitudinis debet requiratur, ut aliquis abscondit thesaurum, ex quibus fit una causa totalis, & ad aequa inventionis thesauri, tamen inventio conferatur cum utraque causa, a quibus fit simul unitus, non est fortuita, quia illa causa simul unita ut sic apta sunt efficere talem effectum semper, solum dicitur fortuita, quatenus concursus illarum causarum est fortuitus, & per accidens; ut si conferatur cum alterutra illarum causarum, sic dicitur fortuita, quia per accidens unitur effectui per se, & praeter intentionem fodientis terram.

Colligitur 5. quod quamvis fortuna in omni genere causa videatur reperiri, ut tenet Javel. 2. Phyl. q. 25. scilicet in causa materialis, si materia apta non fit ad effectum, ut si ignis est corrosivus, in causa formali, ut si pisor illa, ut propter indignationem motus pennicillium in imagine equi, depinxit ipsam ex ore cadentem, & in fine, ut cum intendens unum finem, alium obtinet; & verum proprie loquendo, fortuna ad efficiens reduci debet, ut habet Arist. 2. Phyl. 67. ratio est, quia fortuna est in agente a proposito, & propter finem operante, cui finis intentio alter non intendit unitur, respectu cuius dicitur causa per accidens, sed talis causa est efficiens, ut patet; videtur autem in aliis generibus reperiri, quatenus conjunguntur cum agente ad causandum, unde efficitur corollarium, & finis obtentus praeter intentionem dicitur effectus fortuitus non respectu panni, aut figurae sed respectu agentis.

215 Colligitur 6. respectu Dei nullum esse proprie effectum fortuitum, quia omnia praevidet, & nihil potest evenire praeter ordinationem, vel permissionem Dei, quamvis enim peccata evadant praeter intentionem Dei, quia ratione Deus causa per accidens dicitur peccati, proprie tamen peccatum non debet dici fortuitum respectu Dei, quia est involuntarium si ipsi Deo, non tamen est

incognitum, quod requiritur ad rationem fortuiti effectus propriam. Dantur tamen effectus fortuiti, vel causales tam respectu Angelorum, corporum, & hominum a proposito agentium, quia virtus inferior non est ita universalis, & potens, ut virtus divina, quae potest evenire aliquis effectus fortuitus respectu illius, si scilicet praeter indispotionem materiei, vel insulphus alterius causae impeditur agentis ista a sua causatione. Verum est tamen, quod pauca eveniunt fortuito per comparationem ad Angelos, & viros prudentes, quam ad insipientes, quia prudentes ut plurimum praevident, quod sint operaturi, quod ex ea operatione sequi possit, turpe enim est viro prudenti dicere, Non putaram, & hoc est, quod ait Arist. in libro de bon. for. c. 1. ubi plurimum de intellectu, ibi minimum de fortuna; & ut a puero, & amentis abest omnis fortuna, quia non agunt a proposito, & propter finem, sed potius in agendo ad similitudinem agentis naturalis, quia vis enim non creant ad primo intellectus, & ad operandum secundo expedito, & advertentia rationis in materia morali.

Tandem deducitur ex Scoto cit. fortunam esse duplicem bonam & malam, bona, si bonus eventus effectus, mala, si malus, quod adhuc dupliciter potest esse, uno modo improprie, si effectus non est in nostra potestate, ut quod aliquis fit nobilis, vel ingnobilis, natus ex divite, vel paupere, secundo proprie, si eventus est in nostra potestate, non per se, & primario, quia non evenit ex intentione, sed per accidens, & quasi secundario, quia est annexus effectui per se intento, & qui per se est in nostra potestate: si fortuna est bona, dicitur homo bene fortunatus, si mala, male fortunatus, ad quod requiritur, loquitur Doctor, ut non semel, aut semper bene, vel male eveniat, sed ut in plurimum non semel, quia una hirundo non facit, ex 1. Eth. c. non contingenter, simul concurrant, nec sint in nostra potestate, non videtur naturaliter contingere posse, quod semper cum effectu per se intento sit alius fortuitus bonus, vel malus, sed aliquando variabitur fortuitus; fuscit igitur, ut eventus fortuiti boni, vel mali ut in plurimum eveniant.

216 In oppositum arguitur 1. quod non datur effectus fortuiti, vel causales, nec casus, vel fortuna. Tum quia omnis effectus per accidens reducitur ad causam per se, ergo isti effectus per accidens reducuntur ad causam per se, ergo non erunt fortuiti, cum habeant per se causam. Tum 2. quia effectus fortuitus est ens verum, per se a determinatum, ergo non potest esse a fortuna, quae est causa indeterminata, non vera. Tum 3. quia omnis actio est ad aliquid finem, nulla fortuita est ad aliquem finem, ergo non datur. Tum 4. sicut opinio nostra non facit ad esse rei, vel non esse, nec intentio nostra aliqua conferre potest ad esse per se, vel per accidens ipsius effectus, ergo non facit effectum fortuitum. Tum 5. quia inventio thesauri, quae maxime dicitur fortuita, habet determinatam causam, scilicet solitionem, ergo non erit fortuita, cum effectus fortuitus non sit a determinata causa. Tum 6. quia omnia a Deo praevidentur, & disponuntur, ergo nullus effectus erit fortuitus, quia necessario evenit, & si respectu Dei non datur effectus fortuitus, non videtur dari posse respectu agentis particularis.

Resp. ad 1. ex Sc. 2. d. 25. R. quod illa propositio, omnis causa per accidens reducitur ad causam per se propter, intelligitur vel quod reducitur ad seipsum, ut est causa per se respectu alterius effectus; sic fodiens terram est causa per accidens inventionis thesauri, sed est causa per se inventionis aequae; vel reducitur ad causam per se propter originem, vel perfectionem, ut est Deus. Ad 2. antecedens est verum quoad entitatem, non quoad causalitatem, & intentionem agentis, unde thesaurus inventus potest habere innumerabiles causas per accidens, scilicet vel quia fodiens intendit invenire eam, vel lapidem, vel lignum &c. Ad 3. major est vera de actione causae per se, & de fine movente agens ad operandum; non tamen de actione causae per accidens, quae licet non habeat finem ut causam, & ut est illi, cuius gratia, habet finem in ratione terminantis actionem, quamvis non intendatur. Ad 4. quamvis opinio, & intentio nostra non variant effectum quoad entitatem, variant tamen id, quod res habet ex parte agentis; patet enim quod ex intentione agentis per accidens potest esse laudis, vel vituperii dignitas, ita ex eisdem intentione dicitur potest per se, vel per accidens, voluntarius, seu intentus, vel fortuitus. Ad 5. effectus fortuitus non dicitur esse causa indeterminata, quia quando fit, nullam habeat certam causam, sed quia ex natura sua non potest esse ab illa causa, sed poterat esse ab innumeris causis, & per accidens est, quod illae causae simul concurrant, ut diximus ad 2. & in quarto corollario. Ad 6. Deus ita ordinat causas, ut finat motus suos agere, quapropter vere per accidens illae causae inter se conjunguntur, quia contingenter, non necessario, concursus enim Dei, & determinatio divina non tollit contingentiam a rebus, ut communiter docent Theologi, neque hoc, quod non datur effectus fortuitus ex parte Dei, sequitur, neque, dari ex parte creaturae, quia quod intenditur ab uno, potest non esse intentione ab alio, et contra exemplum de Domino, qui duos servos mittit ad loca diversa sed ut sibi in medio itineris occurrant, necientes tamen hanc Domini intentionem, occurrit ille respectu servorum est fortuitus, quia praeter intentionem utriusque, sed respectu Domini est effectus per se, quia ab eo praevius, & intentus.

217 Secundo arguitur contra definitionem fortunae. Tum quia Arist.

Arist. pluries in moribus fortuna. Deam quandam appellat, vel impullum quandam, quod homo ad bene, vel male agendum impellitur. Tum 2. quia sine aliqua ratione movetur unus ad actionem aliquam efficiendam, ex qua evenit sequitur bonus, non movetur alter, ergo hoc provenit ab occulto aliquo impulso. Tum 3. quia ad effectum fortuitum non requiritur hoc quod, non intenditur, nam Arist. 2. Phyl. 40. formans rationem veterum negantium fortunam ait, ut veniens a fortuna in forum, & reperiens quem volebat quidam, non autem putabat, causa est valle, cum venis emere, ergo si volebat invenire, illa inventio intendebatur a fortuna. Tum 4. eclipis raro evenit, & tamen non est fortuita. Tum 5. quis ludendo intendit vincere, & vincat, talis effectus est fortuitus nec tamen praeter intentionem. Tum 6. quia si operatio fiat ut plurimum, est illi conjungatur per accidens aliquis effectus, ut si quis frequenter venit in forum, si aliquando praeter intentionem recipiat pecuniam, talis receptio non est fortuita. ex 2. Phyl. 41. ergo aliquid aliud requiritur ad rationem fortunae. Tandem quia ut aliquis bene fortunatus dicitur, ex dictis requiritur, ut non semel, sed ut plurimum bonus effectus eveniat, non solum in universali, inquit Doctor, verum etiam in particulari, scilicet in eadem specifica actione, qualis est militia, mercatura &c. ergo non est necesse, quod effectus fortuitus raro eveniat.

Resp. ad 1. Arist. in moribus variis esse locutum, & potius secundum vulgi opinionem. Ad 2. non movere est impetu, sed potius ex sua libertate, & ex divina dispositione; ut dicitur in tract. de concursu Dei, & de radice libertatis. Ad 3. solum sequitur, effectus fortuitus esse in illis rebus, quae appeti possunt, & eligi, ita ut ly volebat non intelligitur, de volitione actuali, sed habet qualis, quatenus si praevideret, voluerit effectum illum. Ad 4. eclipis raro evenit, raro ponitur causa, cum qua necessarii habeat connexionem, nisi vero raro evenit, quia raro conjungitur cum effectu per se, quod requiritur ad effectum fortuitum. Ad 5. lucrum illud simpliciter non esse fortuitum, quia intentionem, sed secundum quid, respectu felicitate adionis, quae ex natura sua non est ad talem effectum ordinata, & cum ipsa raro fit annexus effectus per accidens, maxime ille effectus fortuitus diceretur, si factio ut plurimum heret dummodo raro effectus eveniat, ad hoc est fortuitus. Arist. veroliquit, quando actio frequenter fit, & frequenter cum effectu conjungitur. Ad 7. dicitur, ad rationem fortunae sufficere, quod ad hoc ex sua natura non necessario, nec ut in plurimum eum effectus fortuitus unatur, quod vero respectu alicuius personae effectus ille sepe contingat, non tollit rationem fortunae, quia hoc etiam raro evenit, unde raris illa, scilicet unionis, ut in plurimum victoria, cum milite effectus est fortuna.

218 Tercio inquit, quod fortuna fundamentaliter non fit intellectus, & voluntas, & cum quia Arist. supra cit. ait, ubi plurimum de intellectu ibi minimum de fortuna, & vice versa, ergo fortuna non est intellectus, & voluntas. Tum 2. quia fortuna est causa indeterminata, & intellectus, & voluntas sunt causae determinatae. Tum 3. intellectus est prior fortuna 2. Phyl. 67. ergo non est fortuna. Tum 4. quia Arist. in lib. de bona fortuna ait, fortunam esse sine ratione naturam, unde circa, fallax, inconflans dicitur. Tum 5. intellectus cum voluntate non est causa ad aequa inventionis thesauri, ergo fortuna fundametaliter aliquid aliud erit.

Resp. ad 1. non loquitur Arist. de intellectu in actu secundo, ad 2. modo re vera est fortuna, sed de intellectu in actu secundo. Ad 2. voluntas est causa determinata, ut respicitur ad eum per se, non in ordinat effectum per accidens. Ad 3. fortuna formaliter sumpta est posterior intellectus, quia dicitur relationem, vel loquitur de primo intellectu, & universalis natura, qualis est Deus, quia causa universi dicitur. Ad 4. loquitur secundum vulgatum opinionem, quod sit impulsus naturae. Ad 5. concedimus, intellectum cum voluntate non esse causam ad aequam effectus fortuiti, quia nec fortuna talis est, concurrunt enim simul alia causa per se, quae tamen non est fortuna.

ARTICULUS II.

Ab omni fortuna intenditur a natura.

219 Monstrum definitur ab Arist. 2. Phyl. 82. quod sit peccatum illius, quod propter aliquid agit, & de Gen. An. c. 4. est Oblatio rei praeter naturam eius in his, quae non semper, sed ut plurimum agunt; ex quibus definitionibus a Doctoribus una, completa colligitur; scilicet quod sit effectus naturae aliis a rebus, & solita dispositione secundum speciem notabiliter degenerans, ad aliquid impediendum. Dicitur effectus naturae alio generis, & ad differentiam arve ad aurum, in quibus proprie monstrum non sinit, sed errores dicitur degenerans a rebus, & solita dispositione, quia monstrum ut monstrum debet a conditionibus requisitis ad res naturales ex vi generationis, unde formaliter in defectu seu privatione debita perfectionis consistit, & hoc significat ly secundum speciem, non quod monstrum necessario alterius debet esse speciei, sed quod conditio debens fit debita ex vi generationis illi specifice naturae, ut si homo quatuor manus habens naceretur; additur ut ab illis, quia si parvus esset defectus, non causeret admirationem, nec raro eveniret; tandem dicitur quod aliquid impediendum, quia ad monstrum duae causae concurrunt, una impedita, quae est virtus alicuius causae perfectae, & completa; altera impediens, ne illa sum

consequatur effectum in statu perfecto. Talis autem causa potest esse multiplex, sicut ex multiplici capite provenire potest impedimentum; 1. ex parte materiei, si excedat, vel deficiat; ex 2. ex parte efficiens, sive principalis, ut est virtus formativa factus, sive instrumentalis, ut calor, vel alia qualitas; 3. ex parte loci, seu matricis, aut membranae, quae tegitur factus, si scilicet scindatur, & semina, quae loco distabant, si seculantur, unde varia monstrum ex varia seminum confusione oriatur, de quo Scotus in 4. d. 6. q. 2. F. 4. potest esse ex timore tristic, vehementi desiderio, & imaginatione, unde filii signati aliquoties procreantur; 5. ex aspectu, & influenza Colorum secundum Alb. & Niphum, eo quia certis effectibus cetera quaeque confectione requiritur, quae si deficiat, & alia opposita adit, monstrum generatur, unde proprie monstrum in animalibus dantur, minus proprie in plantis, improprie in ceteris, quia pauciora requirunt; de quibus causis fuisse agit Ant. Rocc. 2. Phyl. q. ult. ubi multa curiositati satisfacienda declarat. Monstrum igitur potest considerari vel secundum naturam specificam praecise, vel secundum id, quod fundat privationem conformitatis ad rectitudinem, debitam ex vi generationis illi speciei, quod potest esse quid positum, ut si homo biceps oriretur, vel quid negativum, si esset absque manu carentia enim manus fundaret aliam privationem conformitatis ad rectitudinem, & formam debitam humanae naturae; in qua privatione fundata consistit formalitas monstruositatis, ut in simili diximus supra. 4. q. 1. ar. 2. de peccato: quaestio est, an monstrum dicitur causalis effectus, an vero effectus per se intentus a natura.

220 Prima opinio ait, esse casuale effectum ita Them. 2. Phyl. text. d. 3. Pat. quae ult. d. 3. 8. Niphus text. 83. Alii differunt, monstrum intendi quidem a causa impediens, non tamen a causa impedita, respectu illius erit effectus per se, respectu illius effectus per accidens, & casualis ita Tol. 2. Phyl. q. 13. Alii ut Conimbr. c. 9. q. 6. art. 1. non intendi ajunt a causa impediens, vel impedita, seorsim sumptis, sed simul unitis, Alii quod intendatur a causis universalibus, non vero a particulari causa, ita Suar. disp. 10. Met. sect. 12. n. 4. Matius 2. Phyl. disp. ult. sect. 1. quaest. ult. per causas universalis intelligunt vel Deum ipsum, vel coelestia corpora, vel concursum omnium causarum, per particularem vero aliquid ens determinatum. Tandem Ruvius 2. Phyl. cap. 9. quaest. ult. monstrum intendi etiam a causis particulari, secundaria, non primaria intentione.

Hae tamen difficultates facillime possunt solvi; nam certum est, si Deo ut causa universalis monstrum per se intendi, quia ut diximus, respectu ipsius naturae effectus fortuitus. Similiter si monstrum simul causa impedita, & impediens, tunc monstrum per se produci dicitur, quia habet causam certam, & determinatam, sicut si fossio terrae, & depositio thesauri in illo loco simul uniantur, inventio thesauri fortuita non erit ex dictis supra; atamen id de causis particularibus seorsim sumptis loquamur, non erit monstrum per se intentum neque primaria, neque secundaria intentione, ita ut ratione casualis, vel fortuiti effectus excludatur, quod potest probari, nam effectus per accidens est, qui raro evenit, & causis per accidens conjunctis, ita ut per se non intendatur, monstrum raro evenit, quia tunc arguitur effectum aliquem per se intendi a causa causa, quod de vult illud effectus esse libera, vel habet potentiam illius productivam, & in illi inclusi si est causa naturalis, modo causa monstrum impedita non habet potentiam productivam ipsius, immo totum oppositum, quia si posset, effectum perfectum produceret, neque causa impediens, quia haec multoties est quid privativum, ut quod monstrum evenit ex defectu materiei; tunc quia seculi quod positum, & ex se potentiam habet producendi aliquid effectum per se, qui per accidens monstrum conjungitur, ut causa dirumpens membranas, ex qua scissione unio simplicium sequatur, per accidens est quod deinde factus generetur cum duplici capite, vel ore; item si monstrum ex nimio calore proveniat impediens perfectam formationem prolis, imperfectio prolis per accidens unitor calori producto, qui est effectus per se proveniens a causa impediens, tunc quia nulla causa per se intendit generationem impedire.

221 Nec valet, quod ait Ruvius monstrum; causa impedita intendit non primario, sed secundario, quatenus natura, quia non potest effectum ad debitam perfectionem reducere, intendit ad minorem, undec dicitur per accidens simpliciter, ut non intentum primario, per se secundum quid, quia secundario intentum, non valet quia nisi de verbis velimus contendere, nullus erit effectus pure casualis, quia quilibet saltem secundario intenditur.

Respondet, duplicem esse causam per accidens, unam, quae nec per se primo, nec per se secundo influit in effectum, sed est pure per accidens, & effectum pure per accidens causat, ut est percussio in lapide descendente, & lapsus ipse descendens, qui nullo modo influit in percussorem, eo quia percussio non habet necessariam connexionem cum motu deorsum, quem primo lapis intendit, neque ad illum nullo modo pertinet; alia est, quae per se secundo influit in effectum, quia effectus sequens habet connexionem cum eo, quem per se primo intendebat, aut propter imbecillitatem ejusdem causae per se, aut propter aliam contrariam naturaliter et conjugatam, talis est causa monstrum.

Sed etiam percussio lapsi stante ista doctrina esset effectus non pure casualis, & inventio thesauri, quod est contra ipsum. Sequela prob.



prob. quia si causa illa est per se secundo influens, quia habet aliam causam naturaliter conjunctam, adeo influit in effectum sequentem, jam lapsus supposito itinere Petri per illum locum, etiam per se secundo causabit per eundem, eo vel maxime quia habet potentiam positivam percutiendi, & causam aliam annexam, scilicet iter Petri; si vero per naturalem connexionem intelligitur quoddam vinculum ex naturis causarum inter ipsas proveniens, quia tale vinculum nec etiam est inter causas monstri, monstrum erit effectus pure casualis. Ex alio igitur cap. dicere possumus, monstrum alicuius deficere a ratione completa casualis effectus, quia ex parte causae impeditur non habet effectum per se, cui unijatur, nisi loquamur de monstro formaliter sumpto, scilicet de illa negatione: tum quia habet serie causam certam, & determinatam; deinde difficultas illa videtur aliquo modo nominalis.

222 Dices, natura agit propter finem, ergo cum causa monstrum ipsum intendit. Dum 2. natura in generatione monstrum, est impedita progreditur, non sinit, ergo intendit ipsum, quia generatio habet aliquid pro fine. Tum 3. quia quando unum alicuius speciei est per se intentum, etiam alterum ejusdem speciei, monstrum est effectus speciei cum aliis individuis ejusdem naturae. Tum 4. quia D. August. 21. de Civit. cap. 28. ait, monstra esse non contra naturam, sed contra naturam naturam, ergo & si causae incognita, a dhuc natura intendit illa.

Resp. ad 1. ut ad tertiam confirm. primi arg. princ. in praec. ar. Ad 2. natura progreditur intendendo finem, quo frustratur in fine actionis, & similitudinem cum figura debita illi speciei ex vi generationis, quia est agens naturale, quod semper agit, nisi totaliter impeditur, namquam autem hoc per se primo, nec per se secundo intendit dissimilitudinem, & monstruositatem. Ad 3. si monstrum est effectus speciei cum aliis individuis, sic quia adipsam naturam similitudinem effectus in specie, & quidditate, ut sic non erit monstrum, neque effectus casualis, sed solum talis erit ratio defectus ornatu in figura; at si est alterius speciei, tunc totaliter erit monstrum, & casualis effectus. Ad 4. Aug. solum ait, casus monstrum a nobis non cognosci, non vero quod ab illis intendatur.

ARTICULUS III

De Fato.

223 Quoniam ex dictis patet, non omnes effectus fortuitos esse, quia multae secundae causae agunt per se, & finem intendunt, ne respectu Dei aliquem dicit fortuitum, cum omnia praevideat, & ad omnes effectus concurrat, aliter omni sciens non esset, hinc multi putarunt, omnia ex necessitate fieri, & ex aeterna quadam, ac invariabili ordinatione, quam coordinationem, & collectionem necessariam causarum Fatum appellarunt, hoc est, aliquid quasi invariabile ordinatum, & constitutum; sunt autem precipue tres modi explicandi talem necessitatem, & Fatum.

Primus est quorundam Astrologorum dicentium, omnes effectus in hoc inferiori mundo inevitabili necessitate fati evenire, quod consiliter, ajunt, in efficacia, & vicelessum influxuum, non solum quoad effectus naturales producendos, sed etiam quia a nostra pendet voluntate, cum adionem directam, & immediatam ponant in sideribus respectu nostrae voluntatis ipsam necessitatis ad agendum, quem errorum secuti praecipue Priscilianisae haereticis. Secundus modus est aliorum, quia hunc ordinem causarum sic a divina voluntate procedere volunt, ut etiam ipsi divinae voluntati necessitatem tribuere dicant putantes forte, Deum ex necessitate naturae agere ad extra, & abique libertate, ita ut non porerit aliter res condere, & gubernare, quam modo faciat; ita multi ex Poetis de Fato locuti sunt, & ex haereticis Petrus Abailardus, ut refert Alphonsus de Castro verbo *Libertas*. Tertius modus explicandi dictam Fati necessitatem est Calvinii,

Lutheri, & aliorum veterum haereticorum, qui necessitatem fati ponunt non in altris, sed a divina voluntate, volunt enim Deum ita movere, & applicare secundas causas ad agendum, ut omnes agant necessitate, ad quod determinaverit a Deo, & applicentur ad agendum, & licet poterit Deus ab aeterno aliter constitutur res, & ordinare, politotamen, quod ita ordinavit, secundum fatalem necessitatem omnes causas etiam voluntatis humanae necessitatis, & abique libertate agent.

Verum isti tres modi dicendi manifestum includunt errorem; nam vel tollunt libertatem, & omnipotentiam a Deo, ut facit, & invidiosum, vel saltem a nobis omnem aufferunt libertatem; quoniam nihil abitudinis, nec alio modo inquit Doct. lais argutè 1. d. 39. §. *Quoniam ad primum*, &c. contra illos esse disputandum, quam ipsos tormentis exponere, quousque concedant, quod possibile est, eos non torqueri; unde si fatum in uno ex istis sensibus sumatur, vitandum est a Catholicis, & hoc a sancti Patres, cum fati nomen tanquam impium abhorreat.

224 In alia igitur acceptione fati nomen usurpari potest a Catholicis, quatenus dicit de dispositione secundum causam in ordine ad suos effectus a divina providentia constitutum; quomodo definitur a Boet. 4. de consol. prof. 4. *Fatum est rebus mobilibus inobediens inobediens dispositio*. *Justa quam divina providentia suis quaque rebus ordinibus quae definitio explicatur, nam fatum potest dicitur fatum, uno modo pro actu divinae voluntatis omnia disponente, & ordinante, hoc modo non differat a divina providentia, quae Deus cum dicit gubernat, & regit, secundo ut talis ordo est in ipsa causa secundis dispositis, & ordinatis, et hoc modo sumitur in presenti, ideoque recte dicitur *dispositio inobediens rebus mobilibus, juxta quam*, &c. addit *inobediens*, contra *Agrippae* veteres, & recentes, fatum esse mobile, et mutabile, et quibusdam precibus, et sacrificiis posse mutari, quod tamen est falsum, quia tunc Deum non esset immutabilis, quod maximam diceret in ipso imperfectionem; postea igitur ordine causarum secundum a divina voluntate constitutum necessario, et infallibiliter evenient effectus omnes, quos ab aeterno praevitidit secutos, non enim falli potest divina scientia; ita tamen necessitas est necessitas effectus, et suppositionis, non necessitas causae, et simpliciter, quia Deus ita suavitè disponit, ut si fiat causa secundas motus sua agere, unde causa libera adhuc libertatem concurrat, quomodo autem cum illa infallibilitate salvetur libertas secundae causae, est res perardua, et theologica, illam pertractant P. Faber cit. art. praec. p. 1. sent. disp. 57. P. Sghemma 2. Phyl. digress. 18. et P. Vulpes 1. d. disp. 30. et 2. p. disp. 6. et 7. omnes Theologi.*

Ex dictis deduci potest 2. fatum formaliter esse relationem illam inter causas a Deo ordinatas repertam, fundamentaliter dicere ontitates causarum secundum; 2. quod a fato dependent omnia illa, quae a causis secundis eveniunt; quae tamen a solo Deo producuntur, non subici fati, quia non recipiunt causas secundas ordinatas, et dispositas a Deo. 3. quod fatum si in ordine ad suum principium spectetur, quod est divina providentia, est unum, sicut unica est providentia, si vero in ordine ad effectus, vel ad causas ordinatas, et dispositas est multiplex, sicut multiplices sunt, et diversae causarum dispositiones. 4. quod fatum, licet spectet precipue ad causam efficientem, potest tamen pertinere etiam ad alia causarum genera, non solum enim causae efficientes sunt dispositae a Deo, verum etiam materiales, et formales, in quibus propria series, et ordo reperitur. Tandem quod fatum differat a casu, et fortuna, tum quia in aliis causis ab efficiente reperitur, ubi casus, et fortuna sunt solum in genere efficientis causae; tum quia fatum intendit per se proprium effectum, eo quia dicit casus ut dispositas a Deo, quatenus reduplicative respicit effectum, ut infallibiliter secuturum ad casus, vel fortunam respiciunt effectus per accidens, et illos non intendunt, nec praevitidit, de fato vide pulchra apud Bonet. cit. lib. 3. suz Physica cap. 2.

DISPUTATIO OCTAVA

De Collatione causarum inter se, cum suis effectibus, & è contra.

1 Constat ex dictis disp. 5. & disp. praec. quatuor esse causarum genera, materiale, formale, efficientem, & finale, & ad haec quatuor caetera reduci, quae alicui modo rationem causae praevitidant videntur, universalliter enim in compositionem causarum, partes integrantes ad causam materiale reducuntur, ut significat Arist. 2. Phys. 31. *formae quocumque modo subjecti efficienter, & denominantur, ad causam formalem, dispositiones ad causam materiale, si praecedunt formam in ratione receptivi, vel ad efficientem, si praecedunt in ratione obiecti, remouentur ad formam introductionem; instrumenta, exemplaria, casus, fortuna, &c. fatum ad causam efficientem, ad quam etiam spectat obiectum, quando concurrit ad actum ratione motu, ut docet Scot. 1. d. 3. q. 7. ex professo, nam quando concurrit solum in ratione terminati, proprie non habet rationem causa, ut bene notavit Suarez in Met. disp. 12. c. 3. num. 17. terminus enim in ratione termini nil influit in rem terminatam, ut patet ex verbo respectu hypostatica unionis, & de termino casus summe relationis, quare frustra laborant quereutes reducere obiectum in ratione terminati, aut ad genus causarum formalis, quatenus actum terminando specificat illum, & distinguit, quod est motus forme, aut finalis, quatenus potentia, & actus in illud tendunt, ut in finem. Constat item, solum in rebus materialibus, & subalternis haec quatuor causarum genera esse connexionem, quia effectus spiritualis caret materia, & forma, ut notat Doctor 3. disp. 22. quae. 1. un. 8. Quantum ad istum, &c. Et etiam contra caelestia in sententia Arist. ut notat 2. d. 1. q. 1. Concedunt etiam omnes praesentium auctoritates non esse immediatam, immediatius enim dividi poterant causa in extrinsecas, & intrinsecas, aut in realiter influentes in effectum, quales sunt efficientes, materia, & forma, & intentionaliter solum, quales est finis, aut alia consimili modo, & sine ulla ratione recedit Sghemma de communi 2. Phyl. digress. 9. q. 1. dicuntur autem haec quatuor causarum genera, quia unumquodque sub se pluribus continet species, nudum materialiter ex parte rerum, quae a Deo denominantur, quarum aliae sunt substantiae, aliae accidentia, sed etiam formaliter ex parte ipsius casualitatis, nam in genere efficientis causae alia est casualitas prima causa, alia secunda, et in genere finalis, alia est casualitas finis ultimi, alia non ultimi, & in genere materialis, aut formalis causae, alia est casualitas materiae in formam, alia in casualitatem, alia item casualitas materiae in materiam, alia in compositionem. Haec omnia quae susius videri possunt apud Fabrum 5. Met. disp. p. & alios Scotis 2. Phyl. ad notam in hac disputatione, ut ex dictis consuetudine supponuntur, & quaedam alia tradere intendimus, quae nec sunt ita communitè concessa, nec ita clarè deducuntur ex dictis, ad complementum tractatus de Causis.*

QUESTIO I

Ubi conferuntur adinvicem quatuor causarum genera, & causa prima cum secunda.

Conferemus primò causas ipsas adinvicem, & postea cum suis effectibus, sed maxime etiam conferre jubeat alicuique causam primam cum secunda, ut naturam divini concursus cum causis secundis praeriter ordinis naturalis insinuemus, quantum Philosophis factis est, & praecipue explicabimus, quid sit de hoc dicendum in Arist. sententia; haec enim tractatio ex professo ad Theologum pertinet.

ARTICULUS I

Quatuor causarum genera adinvicem variè conferuntur.

Primò conferri possunt haec quatuor causarum genera in ratione omni causa, & quae recipi potest, an in hac communi ratione omnes, & singulae conveniant univoce, vel analogice, an potius equivoco convenire univoce tenet Averl. quae. 11. de Causis fec. 3. lo. de S. Thom. q. 10. Phyl. art. 2. & manca 2. Phyl. q. 2. dub. 2. non univoce, sed analogice tantum tenet Suar. disp. 12. sec. 2. & ita passim loquuntur alii. Sed consequenter ad dicta potius asserendum est, non dari conceptionem univoce causarum communem his quatuor generibus, & praerterit quem assignavimus disp. 5. q. 2. non esse talem, quia ideo committere admittitur, conceptum assignatur causae, ut a principio distinguitur esse quatuor causarum generibus communem, quia etiam causam finalem ponunt esse veram causam realem, & physicam, ergo cum nos teneamus, esse metaphoricam tantum, & a causa reali maxime distantem, consequenter asserere debemus, conceptum illum communem causae, quod sit, quae verè, & realiter influit esse in effectum, non nisi equivoco fini convenire, finem autem physicè, & realiter in effectum non influere factis probatum est disp. praec. q. 8. art. 5. cum finis causae quando non existit, signum evidens, casualitatem ejus realem, & physicam non esse, sed tantum metaphoricam.

Nec juvat dicere cum Averl. cit. id probare tantum, finem cum caeteris causis non convenire univoce ex parte rerum, quae participant rationem, & denominationem causae, quod est non convenire materialiter, at formaliter posse convenire, quia ejus casualitas est realis, & realiter exercetur. Nam hoc est, quod superius implicare dicebamus, quod adus secundus fit realis, & non adus primus, a quo procedit; quod relatio casualitatis fit realis, & fundamentum non fit reale, quod dependentia effectus ad causam fit realis, & propria per verum, & positivum influxum causae in ipsam, & causa sit non ens. Nec hic dici potest, quod de privatione dici solet in ordine ad generationem, quia privatio, eo quia est non ens, ideo ponitur ab omnibus habere rationem principii respectu illius, & non causae, signum evidens, quod ad hoc, ut aliquid fungatur vero munere causae, debet esse ens reale, & adu existere.

Accedit, quod Recentiores committere negant, causas intrinsecas habere veram rationem causae, cum eas non ponant realiter distinctas è communi constituto, ut patet ex dictis disp. 5. q. 1. 3. ar. 2. ergo consequenter non loquuntur, dum conceptum communem causae ajunt univoce convenire quatuor causarum generibus, nam ex vi illius effectus ponitur aliud quid a causa etiam in alteritate

naturae ut patet ex communi omnium explicatione ipsius conceptus causae, ut distinguitur a principio; quae verò contra hoc obici possent, ex dictis de Causa finali facillimè solvantur.

3 Secundo comparari possunt in modo caudandi, & quae recipi potest, an modi caudandi singularum sint ita diversi, ut coincideret profus nequeant; & quidem hujusmodi causae formaliter impeditae, & sub ratione causae praecise coinciderent nullatenus queunt, nam alia, & alia semper est singularum ratio caudandi, & alia est casualitas materialis, alia formalis, alia efficiens, alia finalis, ut latè ex superioribus constat. At materialiter inspectae, nempe pro rebus ipsis casualitibus coinciderent possunt, ut expressè indicavit Arist. 2. Phys. 70. & quidem respectu diversorum effectuum potest eadem res exercere singula quatuor causarum genera, sic enim anima v. gr. est forma corporis, & hominis, est efficiens actionum vitalium, & earundem receptiva, seu materialis causa, est denique finis generationis, sicut quaecumque alia substantialis forma. Arist. verò modo cit. significans, causas posse hoc modo coincidere, materialis non meminit, quia ut notat Scot. 1. d. 3. q. 7. S. loquebatur de materia, quae est in potentia purè passiva, at lumendo materiam in ampliori significato, ut se extendit ad quodcumque subiectum plane negari nequit, quod cum aliis coincideret non possit, ut docet ibi Doctor. Respectu etiam ejusdem effectus possunt coincidere, sed non omnes, sic Deus est Alpha, & Omega, hoc est, principium, & finis omnium, sic eadem anima ex Scoto nunc est est causa efficiens, & materialis suarum operationum, sic denique forma est finis, & simul forma materiae, ex quo patet, efficientem, & finalem, formalem, et finalem, rursus materiale, et efficientem coincidere posse in ordine ad eundem effectum; at non ita formalis, et materialis, quia conditiones exigunt repugnantes, ut nimirum una sit adus; altera potentia respectu ejusdem; similiter nec efficiens, et formalis, ut discurrerenti patebit.

At urgebis, quod Aristot. ait 1. Phys. 70. finem, et efficientem in idem specie coincidere, non autem numero, et 12. Met. 24. formam, et efficiens in unum numero conjungi. Resp. 2. Phyl. Arist. loqui de fine cuius gratia, qui efficiens esse non potest, cum sit effectus ejus, et loquitur de generatione univoca, sicut cum homo hominem generat, ita enim exemplificavit ibi Philosophus ipse, non loquitur autem de fine cui, hic enim bene cum efficiente coincidere potest, ut quando quis ambulat, aut sibi sanitatem acquirit, et 2. Met. solum significare voluit, eandem esse formam rei constitutam, et effectivam operationum ejus, unde non loquitur de formali, et effectiva causa in ordine ad eundem effectum, sed ad diversos, quo sensu utique coincidere possunt.

4 Tertiò comparari possunt quando ordinem prioritatis in caudando, et quae solet, cuius casualitatis sit prior, et tunc distinguendum est cum Scot. 5. Met. q. 1. de ordine intentionis, et executionis, et in priori ordine dicendum cum Doctore ibidem, quod extrinsecè prius causant, quia enim illae causant, ideo et intrinsecè causant, non è contra, quae casualitas indicare solet prioritatem intelligendi saltem cum fundamento in re, extrinsecum autem prius causat finis, ille enim quia movet efficientem in ratione amari, ideo agens agit, non è contra, quod iterum docet 1. d. 2. q. 2. Sex Avic. 6. Met. c. 5. in causis verò intrinsecè casualitas formae est prior, tum quia propinquo est agenti, et fini, agens namque mediantè forma dicitur transmutare materiam; tum quia ideo materia hoc suppositum intrat, et constituit, quia est sub hac forma, non è contra, atque ita in hoc ordine materia est ultima. At in ordine executionis, et existentiae, inquit Doctor, quod efficiens primum est,